Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Miserere mei dñe qm infirmus sū: sana me dñe qm conturbata sūt ossa mea. Et aīa mea turbata ē valde sed tu domine vsq; quo. Convertere domine et eripe animā meam: saluū me fac propter misericordiam tuam. Quoniā non est in morte qui memor sit tui: in inferno aūt quis confitebitur tibi. Laboraui in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratū meum rigabo. Conturbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes q̄ operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meā suscepit. Erubescāt et conturbentur vehementer oēs inimici mei: conuertantur et erubescant valde velociter. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et sēper: et in secula seculoꝝ Amē

Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quoꝝ tecta sunt peccata.

Et vidi septē āgelos in cōspectu dei: et date sunt illi septē tube. S.

Et audiui vocē aq̄le volātis per mediū celi dicentis voce magna ve ve ve. apo. 8.



Beatus Vir cui nō iputauit dñs peccatū
nec est in spū eius dolus Quoniam tacui
inueterauerunt ossa mea: dum clamarez
tota die. Quoniam die ac nocte grauata
est super me manus tua: conuersus sū in
erunna mea dum configitur spina Delic
tum meum cognitum tibi feci: et iniustic
am meam non abscondi Dixi confitebor
aduersum me iniusticiam meam domino
et tu remisisti ipietatez peccati mei Pro
hac orabit ad te omnis sanctus in tempo
re oportuno Verumtamē i diluuio aqua
rum multarum ad eum nō approximabūt
Tu es refugium meum a tribulatione q̄
circundedit me: exultatio mea erue me a
circundantibus me Intellectum tibi da
bo et instruaz teī Via hac qua gradieris
firmabo super te oculos meos Nolite fi
eri sicut equus et mulus quibus non est i
tellectus. In chamo et freno maxillas
eorum constringe qui non approximant
ad te Multa flagella peccatoris sperantē
autem in domino misericordia circunda
bit Letamini in domino et exultate iusti
et gloriamini omnes recti corde. Gloria
patri et filio et spiritui. Sicut erat in pō

Domine ne in furore tuo arguas me neq; in ira tua corripias me. Quoniam sagitte tue infixe sunt michi: et confirmasti super me manū tuam. Non ē sanitas in carne mea a facie ire tue: nō ē pax ossibus meis: a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates mee supergresse sūt caput meum: et sicut onus graue grauate sunt super me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee. Miser factus sum et curuatus sum vsq; in finem tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei ipleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis. rugiebā a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum et gemitus meus a te non ē absconditus. Cor meum conturbatum est dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum. Amici mei et proximi mei aduersum me appropinquauerunt et steterunt. Et qui iuxta me erant de longe steterunt et vim faciebant qui querebant animam meam. Et qui inquirebant mala michi

locuti sũt vanitates:et dolos tota die me
ditabantur. Ego autẽ tanq̃ surdus nõ
audiebam et sicut mutus nõ aperiens os
suum. Et factus sum sicut homo nõ au
diẽs et non habens ĩ ore suo redargutiões
In te domine speraui:tu exaudies
me domine deꝰ meus Dixi nequando
supgaudeant michi ĩimici mei et dũ cõmo
uentur pedes mei super me magna locu
ti sunt. Em ego in flagella paratus sum
et dolor meus in conspectu meo semper.
Em iniquitatem meam annunciabo:et co
gitabo p̃ peccato meo. Inimici aũt mei
viuũt et cõfirmati sunt sup me et multipli
cati sunt qui oderunt me inique. Qui re
tribuunt mala pro bonis detrahebant
michi:quã sequebar bonitatem Ne dere
quas me domine deꝰ meus ne discesseris a
me Intende in adiutorium meũ:domine
deus salutis mee Gloria patri. p̃s.

Miserere mei deꝰ secũdum magnã
miãm tuã et secundum multitu
dinem miserationũ tuarũ:dele iniquitatẽ
meam. Amplius laua me ab iniquitate
mea:et a peccato meo munda me. Em
iniquitatem meam ego cognosco:et petm



m eū contra me est semper. Tibi soli pec-
caui et malū coram te feci: Vt iustificeris
in sermonibus tuis: ⁊ vincas cū iudicaris
Ecce enī in iniquitatib⁹ conceptus sū: ⁊ ī
peccatis concepit me mater mea. Ecce
enī veritatem dilexisti: īcerta et occulta
sapientie tue manifestasti michi. Asper-
ges me domine ysopo et mundabor: laua-
bis me et super niuē dealbabor Auditui
meo dabis gaudium ⁊ leticiam: et exulta-
bunt ossa humiliata Auerte faciem tuā
a peccatis meis: et oēs iniquitates meas
dele. Cor mūdum crea in me deus: ⁊ spi-
ritum rectum innoua in viseribus meis.
Ne proiicias me a facie tua: ⁊ spm̄ sctm̄
tuum ne offeras a me. Redde michi letici-
am salutaris tui: et spiritu principali con-
firma me. Docebo iniquos vias tuas: et
impii ad te conuertentur Libera me de
sanguinibus deus deus salutis mee: ⁊ ex-
ultabit lingua mea iusticiam tuā. Dñe
labia mea aperies et os meum annuncia-
bit laudem tuā. Cm̄ si voluisses sacrifi-
cium dedissē: Vtiqz olocaustis non dele-
ctaberis. Sacrificium deo spūs contri-
bulatus cor contritū et humiliatum deus

nō despicies. Benigne fac dñe ī bōa volū
tate tua syō: Vt edificēt̄ muri hierlz. Tūc
acceptabis sacrificiū iusticie oblatiōes et
olocausta tunc imponēt sup altare tuū
vitulos. Gloria patri. Ps.
Dñe exaudi orationē meam ⁊ clamor
me⁹ ad te veniat. Non auertas fa
ciem tuam a me: ī quacūqz die tribulor in
clina a me aurē tuā. In quacūqz die īuo
cauero te: velocit̄ exaudi me. Qr defece
rūt sicut fum⁹ dies mei: ⁊ ossa mā sicut cre
miuū aruerūt. Percuss⁹ sū vt fenū ⁊ aru
it cor meū qr oblit⁹ sū comedere panē me
um. A voce gemit⁹ mei adhesit os meuz
carni mee. Similis fact⁹ sū pellicano so
litudīs: ⁊ fact⁹ sū sicut nicticorax ī domici
lio. Vigilaui ⁊ fact⁹ sū sicut passer: solita
ri⁹ ī tecto. Tota die exprobrabāt mihi ī
mici mei ⁊ q̄ laudabāt me aduersū me iu
rabāt. Qr cinerē tāq̄ panē māducabā: ⁊
⁊ potū meū cū fletu miscebā. A facie ire
indignatiōis tue: qr eleuās alāsisti me. Di
es mei sicut vmbra declinauerūt: et ego si
cut fenū arui. Tu aūt dñe in eternū pma
nes: ⁊ memoriale tuū ī generatione ⁊ ge
narationē. Tu exurgēs dñe miserebe

ris syō qꝛ tp̄s miserēdi ei⁹ qꝛ venit tēpus
Cm̄ placuerūt seruis tuis lapides ei⁹ ⁊ t̄-
re ei⁹ miserebūt̄. Et timebunt gentes no
mē tuū dn̄e: ⁊ oēs reges terre gloriā tuā
Qꝛ edificauit dn̄s syon et videbit̄ ī glo-
ria sua. Respexit ī orationez humiliū et
non spreuit precē eorū. Scribātur hec in
generatione altera. et populus qui crea-
bitur laudabit dn̄m Qꝛ ꝓspexit de excel
so sctō suo dn̄s de celo ī terrā aspexit Et
audiret gēit⁹ ꝯpeditoꝝ vt solueret filios
ītereptorū Et ānūciēt ī syō nomē dn̄i: et
laudē ei⁹ ī hīrlz In ꝯueniēdo pplōs ī vnū
et reges vt seruiant dn̄o. Respōdit ei in
via vtutis sue paucitatē dieꝝ meoꝝ nū-
cia michi. Ne reuoces me ī dimidio dieruz
meoꝝ ingeneratione et generationē āni
tui Initio tu dn̄e terrā fūdasti ⁊ opa ma
nuū tuarū sūt celi. Ipsi peribūt tu aūt ꝑ
manes ⁊ oēs sicut vestimētū veterascēt
Et sicut optoriū mutabis eos ⁊ mutabū
tur tu aūt idē ip̄e es: et āni tui nō deficiēt
Filii seruoꝝ tuoꝝ habitabunt: et semē
eoꝝ in seculū dirigēt̄. Gloria. ꝑs.
De ꝓfūdis clamaui ad te dn̄e: dn̄e ex
audi vocē meam. Fiāt aures tue

intendẽtes:in Voce deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris domie:do
mine quis sustinebit. Quia apud te pro/
piciatio est:et propter legem tuam susti/
nui te domine. Sustinuit anima mea in
Verbo eius:sperauit anima mea in dño.
A custodia matutina Vsqz ad noctem
speret israel in domino. Quia apud dñm
misericordia:et copiosa apud eũ redẽptio
Et ipse redimet israel:ex omnibus iniq/
tatibus eius. Gloria patri. Ps.
Domine exaudi oronẽ meã:auribꝰ
percipe obsecrationẽ meã i Veritate
tua exaudi me i tua iusticia. Et non in/
tres i iudiciũ cũ seruo tuo dñe:qz nõ iusti
ficabit i cõspectu tuo oĩs Viuẽs Quia
cutus ẽ inimicus aiam meã:humiliauit i
terra Vitam meam collocauit me i ob
scuris sicut mortuos seculi:et anxiatus ẽ
super me spiritus meus in me turbatum
est cor meum. Memor fui dierum anti/
quorum meditatus sum: i oĩbꝰ operibus
tuis:et factis manuuz tuarz meditabar
Expãdi manꝰ meas ad te:aia mea sicut
tra sine aqua tibi. Velociter exaudi me
dñe defecit spũs meꝰ Nõ auertas faciẽ

tuam a me: ⁊ similis ero descendentibus ī
lacum. Auditam fac michi mane mīaz
tuam qꝛ in te speraui. Notam fac michi
viam in qua ambulē qꝛ ad te leuaui ani-
mam meam. Eripe me de inimicis meis
domine ad te confugi doce me facere vo-
luntatem tuam: qꝛ deus meus es tu. Spi
ritus tuus bonus deducet me in terrā re
ctam propter nomen tuum domine viui-
ficabis me in equitate tua Educes de tri
bulatione animam meam: et in misericor
dia tua disperdes omnes inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribulant animā
meam: quoniam ego seruꝰ tuus sum Glo
ria patri et filio et spiritui sancto. Sicut
erat in principio et nunc et semper et in se
cula seculorum amen. ān. Ne reminisca-
ris domine delicta nostra vel parentum
nostrorum neqꝫ vīdictam sumas de pec
catis nostris: parce domine parce populo
tuo quem redemisti precioso sāguine tuo
ne in eternum irascaris nobis. Letania
Syrieleyson. Christe eleyson.
Syrieleyson Christe audi nos. Pa
ter de celis deus miserere nobis. Fili re-
demptor mundi deus miserere nobis.

Et vidi septez lā
pades ardentes
ac quattuor ani

malia plena ocu
lis. Apocalip
sis quarto

Spiritus sancte deus: Miserere nobis.
Sancta trinitas Unus deus: Miserere nobis.
Sancta maria Ora pro nobis.
Sancta dei genitrix Ora pro nobis.
Sancta Virgo Virginum Ora
Sancte michael Or
Sancte gabriel Ora
Sancte raphael Ora
Omnes sancti angeli & archangeli dei Orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines. Orate
Sancte iohannes baptista Ora
Omnes sancti patriarche et prophete. Orate pro nobis.
Sancte petre Or
Sancte paule Ora
Sancte andrea Ora
Sancte iacobe. Ora
Sancte iohannes Or
Sancte philippe Or
Sancte bartholomee Ora
Sancte thoma Or
Sancte iacobe Ora

ancte ſymon ora
ancte thadee or
ancte matthia ora
ancte barnaba ora
ancte luca or
ancte marcialis Ora p nobis
mnes ſcti apoſtoli et euãgeliſte. orẽ
mnes ſancti diſcipuli domini orẽ
ancte ſtephane or
ancte clemens ora
ancte fabiane ora
ancte ſebaſtiane or
ancte laurenti or
ancte Vincenti Ora pro nobis.
ancte thoma or Sctẽ geruaſi or
ancte prothaſi ora
ctẽ dioniſi cũ ſociis tuis ora
ancte maurici cũ ſociis tuis ora
ancte euſtachi cũ ſociis tuis or
ancte georgi or
ancte eutropi ora
ancte quintine or
mnes ſancti martyres Orẽ
ancte ſilueſter or
ancte gregori or
ancte michaſi ora.

Et apparuit in celo mulier amicta sole:et luna sub pedibus eius Apoc. 12.

ancte ambrosi — Ora pro nobis
ancte augustine — ora
ancte hieronime — ora
ancte remigi — ora
ancte marcelle — ora
ancte nicolae — Ora pro nobis.
ancte egidi — ora
ancte eligi — ora
ancte iuliane — Ora pro nobis.
ancte benedicte — ora
ancte maure — ora
ancte leobine — ora
ancte sulpici — Ora pro nobis
ancte leonarde — ora
ancte guillerme — ora
mnes sancti confessores — Orat.
ancta anna — ora
ancta maria magdalena — ora
ancta agatha — ora
ancta agnes — ora
ancta lucia — ora
ancta cecilia — ora
ancta Katherina — Ora p nob?
ancta Barbara — ora
ancta margareta — Ora p nobis
ancta fides — Ora p nobis

Sancta spes ora
Sancta charitas or
Omnes sancte Virgines Orat.
Omnes sancti et sancte dei Orat.
Propicius esto: Parce nobis dñe Ab
omni malo: Libera nos domine. Ab insi-
diis diaboli. libera nos domine. Ab dãna
tiõe ꝑpetua. li. Ab spũ fornicatõis. li. Ab
appetitu ĩanis glorie. li. Ab ira ⁊ odio ⁊
oĩ mala Volũtate. li. Ab cecitate cordis. l.
Ab fulgure ⁊ tẽpestate. li. Ab subitanea ⁊
ĩprouisa morte. li. Per mysteriũ sctẽ in-
carnationis tue. li. Per aduentũ tuũ. li.
Per natiuitatẽ tuã. li. Per passionem
crucẽ ⁊ mortẽ tuã. li. Per gloriosã re-
surrectionẽ tuã. li. Per admirabilẽ ascẽ
sionẽ tuã. li. Per grãz scti spũs paracli
li. In hora mortis: succurre nobis dñe.
In die iudicii. li. Peccatores Te roga
mus audi nos. Et pacẽ nobis done tr.
Et misericordia ⁊ pietas tua nos custo
diat tr. Et ecclesiã tuã regere ⁊ defẽsa
re digneris tr. Et oĩb⁹ bñfactorib⁹ no-
stris sẽpiterna bona retribuas tr. Et oĩ
b⁹ fidelib⁹ defũctis requiẽ eternã dones. tr.
Et oĩa pctã nostra nobis dimittas. tr.



Et nos exaudire digneris. ℣. Qui tollis peccata mundi: miserere nobis. ℟. Qui tollis peccata mundi: suscipe deprecationem nostram. ℣. Qui sedes ad dexteram patris: miserere nobis. ℟. Quoniam tu solus sanctus. Tu solus dominus. Tu solus altissimus. Jesu Christe. Cum sancto spiritu in gloria dei patris. Amen. Per singulos dies dicatur. ℣. Dignare domine die isto sine peccato nos custodire. ℟. Miserere nostri domine miserere nostri. ℣. Fiat misericordia tua domine super nos. ℟. Quemadmodum speravimus in te. ℣. In te domine speravi non confundar in eternum. ℟. In iustitia tua libera me et eripe me. ℣. Inclina ad me aurem tuam accelera ut eruas me. ℟. Esto mihi in deum protectorem et in locum refugii ut saluum me facias. ℣. Quoniam fortitudo mea et refugium meum es tu. ℟. Et propter nomen tuum dirige me et enutries me. ℣. Educes me de laqueo hoc quem absconderunt michi. ℟. Quoniam tu es protector meus domine. ℣. In manus tuas commendabo spiritum meum. ℟. Redemisti me domine deus veritatis. ℣. Custodi me domine ut pupillam oculi. ℟. Sub umbra alarum tuarum protege me. ℣. A facie impiorum qui me afflixerunt. ℟. Inimici mei animam meam circumdederunt. ℣. Adiutor meus esto ne derelinquas me. ℟. Neque confundas me. ℣. Exurge domine et non prevalebit homo. ℟. Iudicentur gentes in conspectu tuo. ℣. Constitue domine legislatorem super eos. ℟. Ut sciant gentes quoniam homines sunt. ℣. Ne magnificeris homo super terram. ℟. Non firmetur vir malignus in terra. ℣. Memento congregationis tue. ℟. Quam possedisti ab initio. ℣. Fac nobis domine secundum misericordiam tuam. ℟. Et secundum multitudinem miserationum tuarum. ℣. Dirige domine deus meus in conspectu tuo viam meam. ℟. Et ne derelinquas me in die tribulationis. ℣. Ne derelinquas me domine deus meus. ℟. Ne discedas a me. ℣. Intende in adiutorium meum. ℟. Deus salutis mee. ℣. Ne proicias me a facie tua. ℟. Et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. ℣. Redde michi letitiam salutaris tui. ℟. Et spiritu principali confirma me. ℣. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee. ℟. Et exultabit lingua mea iustitiam tuam. ℣. Domine labia mea aperies. ℟. Et os meum annunciabit laudem tuam. ℣. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me festina. ℣. Confundantur et reuereantur qui querunt animam meam. ℟. Auertentur retrorsum et erubescant qui volunt michi mala. ℣. Avertantur statim erubescentes qui dicunt michi euge euge. ℟. Exultent et letentur in te omnes qui querunt te et dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum. ℣. Ego vero egenus et pauper sum deus adiuua me. ℟. Adiutor meus et liberator meus es tu domine ne moreris. ℣. Gloria. ℣. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Esto nobis domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nichil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat

nocere nobis. ℣. Dñe non secundũ pecca
ta nostra facias nobis. ℟. Neqꝫ secũduꝫ
iniq̃tates nostras retribuas uobis Oremꝰ
pro papa nostro. N Dominus conseruet
eum et viuificet eum et beatum faciat eũ
in terea et non tradat eum in aĩam inimi
corum eiꝰ. ℣ꝰ. Oremus pro benefactoribꝰ
nr̃is. ℟. Retribuere dignare domine om
nibus nobis bona facient. bus propter no
men sanctum tuum vitam eternã. Amẽ
Oremus pro fidelibus defunctis. Requi
em eternam dona eis domine et lux per-
petua lucea eis. Requiescant ĩ pace. amẽ
Oremus pro fratribus nostris abscenti-
bus Saluos fac seruos tuos et ancillas
tuas. Deus meus sperentes in te. Mitte
eis auxilium de sancto. Et de syon tuere
eos. Domine exaudi. Et clamor meus.
Deus cui poprium est mise Oratio
reri semper et pacere suscipe dep̃ca
tionẽ nostrã vt quos delictoruꝫ cathena
cõstrĩgit miseratio tue pietatis absoluat
Exaudi q̃s dñe supplicũ p̃ces ⁊ ꝯfitẽtiũ
tibi parce pctis vt pariter ĩdulgẽtiã
nobis tribuas benignꝰ ⁊ pacẽ. Or̃o
Neffabilẽ nobis dñe mĩam tuã cle

menter ostende: Vt simul nos et apcatis omnibus expuas et a penis quas pro his meremur eripias. ℣ Oremus

DEus qui culpa offenderis penitentia placaris preces populi tui supplicantis propicius respice et flagellatra cundie tue que pro peccatis nostris meremur auerte ℟ Oratio

OMnipotens sempiterne deus miserere famulo tuo. N. papa nostro et dirige eum secundum clementiam tuã in viam salutis eterne Vt te donante tibi placita cupiat et tota virtute pficiat

DEus a quo sancta desideria recta consilia et iusta sunt operanda seruis tuis illam quam mundus dare nõ potest pacem Vt et corda nostra mandatis tuis dedita et hostium subiata formidine tempora sint tua protectione tranquilla. ℣ Oratio

REigne sancti spiritus reples nostros et cor nostrum domine Vt tibi casto corpore seruiamus et mũdo corde placeamus. ℟ Oratio

ACtiones nostras quesumus domine aspirando preueni et adiuuando

prosequere: Vt cūcta nostra oratio ⁊ op
ratio et ad te semper incipiat et per te cep
ta finiatur. Per dominū nostrū. Oratio.

Omnipotens sēpiterne deꝰ q̄ viuo
rū dominaris simul ⁊ mortuorum
omniūqz misereris quos tuos fide et ope
re futuros esse p̄noscis te supplices exora
mꝰ vt ꝓ q̄bꝰ effūdere p̄ces d̄ creuimꝰ quos
qz vel p̄sens adhuc seculū in carne reti
net vel futuruz iaz exutos corpore suscepit intercedentibus oībus sctīs tuis pieta
tis tue clementia delictorū suoꝝ omnium
veniam et gaudia cōsequi mereantur et
na. Per dominum nostrum. Oratio

Fidelium deus omnium cōditor et
redemptor aīabus famulorum fa
mularumqz tuarum remissionem cun
ctorum tribue peccatorum vt indulgen
tiam quam semp optauerunt piis suppli
cationibus consequantur Qui viuis ⁊ re
gnas deus. Per omnia secula seculorum
Amen.

Sequūtur vigilie mortuorum. Ad ve
speras. ān. Placebo. Psalmus





Dilexi quonaiam exaudiet dominus: vocem orationis mee. Quia inclinauit aurem suam michi: et in diebus meis invocabo Circumdederunt me dolores mortis: et pericula inferni invenerunt me. Tribulationez et dolorem inveni: et nomen domini invocaui O domine libera animã meam misericors dominus: et deus noster miseretur. Custodiens parvulos dominus: humiliatus sum et liberauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit aiam meam de morte: oculos meos a lachrimis pedes meos a lapsu. Placebo domino in regione Viuorum. Requiem eternaz dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis. Ãn Placebo domino in regione Viuorum.

Antiphona. Heu me. Psalmus.

Ad dominum cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. Domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam? Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatoriis Heu mi

chi quia īcolatus meus prolongatus est
habitaui cum habitantibus cedar: mul-
tum īcola fuit anima mea. Cum his qui
oderūt pacem eram pacificus: cū loq̄bar
illis impugnabant me gratis. Requiē
eternam dona eis dñe: et lux perpetua lu-
ceat eis. ā. Heu me q̄ īcolatus meus pro-
longatus est. ā. Dñs custodit. O. p̄s.
Leuaui oculos meos in montes: Vn-
de veniet auxiliū michi Auxiliuz
meū a domino qui fecit celū et terrā Dō-
det in ꝯmotionē pedē tuuz: neqz dormitet
qui custodit te. Ecce non dormitabit ne-
qz dormiet qui custodit israel. Dñs cu-
stodit te dñs ꝓtectio tua super manū dex-
terā tuā Per diē sol non vret te neqz lu-
na per noctem Dñs custodit te ab omi
ma°o custodiat animā tuā dñs. Dñs cu-
stodiat introitum tuū et exitum tuū: ex
hoc nunc ⁊ vsqz in seculum. Requiē et
nā dona eis dñe: et lux ꝑpetua luceat eis
ān. Dñs custodit te ab oī malo custo-
diat animam tuam dominus. ā. Si iniq̄-
tates. Psalmus.
De ꝓfūdis clamaui ad te dñe dñe ex-
audi vocez meā Fiant aures tue

intendētes: in Vocē deprecationis mee
Si iniquitates obseruaueris domīe: do
mine quis sustinebit. Quia apud te pro
piciatio est: et propter legem tuam susti
nui te domine. Sustinuit anima mea in
Verbo eius: speravit anima mea in dño
Acustodia matutina Vsqz ad noctem
speret israel in domino Quia apud dñm
misericordia: et copiosa apud eū redēptio
Et ipse redimet israel: ex omnibus iniq̄
iniquitatib⁹ ei⁹ Requiem eternam do
na eis domine: ⁊ lux ꝑpetua luceat eis.
ān. Si iniquitates obseruaueris dñe do
mine quis sustinebit. ān. Opera. ꝯ ps
Confitebor tibi domine in toto cor
de meo: quoniam audisti Verba o
ris mei. In conspectu angelorum psal
lam tibi adorabo ad templum sanctū tu
um: et confitebor nomini tuo Super mi
sericordia tua et Veritate tua: quoniam
magnificasti super omne nomen sanctū
tuum. In quacunqz die inuocauero te
exaudi me: multiplicabis in anima mea
Virtutem Confiteantur tibi domīe om
nes reges terre: quia audierūt omia Ver
ba oris tui. Et cantent in Viis domini

Et ecce equ⁹ al
bus et qui sede
bat super illū ha
bebat arcū. apo
calipsis. vi.
Et alius equus
ruffus: ⁊ qui se
debat sup illū da
tus ē ei gladius
magnus. vi.
Et ecce equ⁹ ni
ger ⁊ q̄ insidebat
ha bebat staterā
in manu sua. apo
calipsis. vi.
Et cece equ⁹ pali
d⁹: ⁊ q̄ īsidebatur
mē ei⁹ mors. vi.

quoniaz magna est gloria domini. Cm̄
excelsus dn̄s et humilia respicit: et alta a
longe cognoscit. Si ambulauero ī me-
dio tribulationis viuificabis me: et super
iram īimicorum meorum extendisti ma-
num tuam: et saluū me fecit dextera tua
Dominus retribuet pro me domine mi
sericordia tua ī seculum: opera manuum
tuarum ne despicias. Requiem eternā
dona eis domīe: ⁊ lux perpetua lucat eis.
ān. Opera manuū tuarum ne despicias
℣. Audiui vocem de celo dicentem. ℟. Be
ati mortui qui in dn̄o moriuntur. ā. Om
ne quod dat. ¶ Psalmus.
Magnificat: anima mea dominū Et
exultauit spūs meus in deo salutari
meo Qr respexit humilitatē ancille sue
ecce enim ex hoc beatā me dicent omnes
generationes. Qr fecit michi magna q̄
potens est: ⁊ sanctum nomen eius. Et mi
sericordia eius a progenie in progenies ti
mentibus eū. Fecit potentiā in brachio
uo: dispersit sup̄bos mēte cordis sui. De
posuit potētes de sede: et exaltauit humi-
les. Esuriētes impleuit bonis: et diuites
dimisit innanes. Suscepit israel puerum

ſuum: recordatus mie ſue. Sicut locut⁹
eſt ad patres noſtros: abrahã ⁊ ſemini ei⁹
in ſecula. Requiem eternaz dona eis do
mine: et lux perpetua luceat eis. ã. Dmn
ne quod dat michi pater ad me Veniet et
eum qui Venit ad me non eiiciam foras.
Pater noſtr. Et ne nos. ℣ ps.
Lauda aĩa mea dñz laudabo dñz in
Vita mea: pſallã deo meo q̃diu fue
ro. Nolite confidere in principib⁹: nec in filiis ho
minũ in quibus nõ eſt ſal⁹. Exibit ſpirit⁹
ei⁹ ⁊ reuertet in terrã ſuã: in illa die peri
bunt oẽs cogitationes eor. Beat⁹ cui⁹
de⁹ iacob adiutor ei⁹ ſpes ei⁹ in dño deo ip
ſius q̃ fecit celũ ⁊ terrã: mare ⁊ oĩa que in
eis ſũt. Qui cuſtodit Veritatẽ in ſeculum
facit iudiciũ iniuriã patiẽtib⁹: dat eſcã eſu
riẽtib⁹. Dñs ſoluit, opeditos: dñs illumi
nat cecos. Dñs erigit eliſos: dñs diligit iu
ſtos. Dñs cuſtodit aduenas pupillũ ⁊ Vi
duã ſuſcipiet: et Vias pctõrum diſperdet.
Regnabit dñs in ſecula de⁹ tu⁹ ſyon: in
gnatiõe ⁊ generationẽ. Requiẽ eternã.
℣. Requieſcãt in pace. Amen. ℣. A porta in
feri. ℟. Erue dñe aĩas eor. Dñe exaudi
orõnem meam. Et clamor. ℣ Dñs

Deus qui iter apostolicos sacerdotes famulos tuos pōtificali seu sacerdotali secisti dignitate vigere presta q̄sumus vt eorum quoq; perpetuo agregētur consortio. Oratio

Deus venie largitor et humane salutis amator quesumus clementiā tuam vt nostre congregationis fratres sorores propīquos et omnes benefatores nostros qui ex hoc seculo transierunt beata maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis ad perpetue beatitudinis cōsortium peruenire concedas.

Fidelium deus omnium conditor et redemptor animabus famulorum famularumq; tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum vt indulgentiam quam semper optauerunt piis supplicationibus consequantur.

Ad matutinas Inuitatorium. Regem cui omnia viuūt venite adoremus. p̄s. Venite exultemus domino. ā. Dirige p̄s

Verba mea auribus percipe domine intellige clamorem meum. Intende voci orationis mee. rex meus et deus meus Quoniam ad te orabo domine

mane exaudies Vocem meam ⁋ ane a
stabo tibi et Videbo: quoniã non deus Vo
lẽs iniquitatẽ tu es. ⁋ eqz habitabit iux
ta te malignus: neqz permanebunt iniu
sti ante oculos tuos ⁋ odisti omnes q̃ ope
rãtur iniquitatem perdes omnes q̃ loquũ
tur mendacium. ⁋ virũ sanguinum et do
losum abominabitur dominus: ego aũt
in multitudine misericordie tue. ⁋ ntro
ibo in domũ tuam: adorabo ad templum
sanctum tuum in timore tuo. ⁋ omine
deduc me i iusticia tua propter inimicos
meos: dirige iconspectu tuo Viam meam
⁋ uoniam non est in ore eorum Veritas
cor eorum Vanum est. ⁋ epulchrum pa
tens est guttur eorum linguis suis dolo
se agebant: et iudica illos deus ⁋ ecidant
a cogitationibus suis secundum multitu
dinem impietum eorum expelle eos: qm̃
irritauerunt te domine. ⁋ t letẽtur oẽs
qui sperant in te. ineternum exultabunt
et habitabis ey eis ⁋ t gloriabuntur in te
omnes qui diligunt nomen tuum quoni
am tu benedices iusto. ⁋ omine Vt scuto
bone Voluntatis tue coronasti nos. ⁋ c
quẽ eternã dona eis domine et iux ppe

tua luceat eis.ā. Dirige dñe de⁹ me⁹ i cō
spectu tuo viā meā.ā. Cōuertere. pe.

Domine ne in furore tuo argu
as me:neq3 in ira tua corripias
me Miserere mei dñe qm infir
mus sū:sana me dñe qm conturbata sūt
ossa mea. Et aīa mea turbata ē valde
sed tu domine vsq3quo. Conuertere do
mine et eripe animā meam:saluū me fac
propter misericordiam tuam. Quoniā
non est in morte qui memor sit tui:nī fer
no aūt quis confitebitur tibi:Laboraui
in gemitu meo lauabo per singulas no
ctes lectum meum:lachrimis meis stratū
meum rigabo. Turbatus est a furore
oculus meus:inueteraui inter omnes i
micos meos. Discedite a me omnes q̄
operamini iniquitatem:quoniam exaudi
uit dominus vocem fletus mei. Exau
diuit dominus deprecationem meam:do
minus orationem meā suscepit. Erube
scāt et conturbentur vehementer oms
inimici mei:conuertantur et erubescant
valde velociter. Requiem eternā.ān.
Cōuertere dñe et eripe aīam meā qm nō
est ī morte q̄memor sit tui.ā. Neq̄. pe

Domine deꝰ meus in te speraui: saluum me fac: ex omnibꝰ persequẽbꝰ me ⁊ libera me. Ne quãdo rapiat vt leo animã meam: dum non est qui redimat neq; qui saluum faciat. Dñe deus meus si feci istud: si ẽ iniquitas in manibꝰ meis. Si reddidi retribuentibꝰ mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam et comprehendat ⁊ conculcet in terra vitam meam: et gloriam meam in puluerem deducat. Exurge domine in ira tua et exaltare in finibus inimicorũ meorꝫ. Et exurge dñe deus meus in precepto qd mãdasti: ⁊ synagoga populorꝫ circũdabit te. Et propter hanc ĩ altũ regredere: dñs iudicat populos. Iudica me domine secundũ iusticiam meã: ⁊ secundũ innocẽtiã meã super me. Consumetur nequitia peccatorꝫ ⁊ diriges iustũ scrutãs corda et renes deus. Iustuz adiutorium meum a dño: qui saluos facit rectos corde. Deꝰ iudex iustꝰ fortis et patiẽs: nũqd irascitur per singulos dies. Nisi conuersi fueritis gladium suũ vibrauit: arcũ suũ tetẽdit ⁊ parauit illũ. Et ĩ eo

parauit vasa mortis: sagittas suas ardẽ
tibus effecit. Ecce parturit iniusticiam
concepit dolorem: & peperit iniquitatem.
Lacũ aperuit et effodit eũ: & ĩcidit in fo
neã quã fecit. Conuertetur dolor ei⁹ ĩ ca
put ei⁹: & ĩ vertice ipsius iniquitas eius
descendet. Confitebor dño scdm iusticiã
eius: et psallã noi dñi altissimi. Requiẽ
eternam dona eis dñe: et lux perpetua lu
ceat eis. ãn. Nequando rapiat vt leo a/
nimam meã dum non est qui redimat ne
q3 qui saluum faciat. ℣. A porta ĩferi. ℟.
Erue domine animas eorum. Pater nẽ.
Et ne nos. Lectio prima.

Parce michi domine nichil enim sũt di
es mei. Quid est homo q3 magnifi/
cas eum: aut quid apponis erga eum cor
tuum: Visitas eum diluculo: et subito p
bas illũ. Vsq3quo non parcis michi: nec
dimittis me vt glutiã saliuam meam:
Peccaui. Quid faciam tibi o custos ho/
minũ: Quare posuisti me contrarium ti
bi: et factus sũ michimetipi grauis: gra/
uis: Cur non tollis peccatũ meũ: et qua/
re nõ aufers iniquitatem meam: Ecce
nũc ĩ puluere dormio: & si mane me que/

sieris non subsistam. ℟. Credo q̄ redemptor meus viuit et in nouissimo die de terra surrecturus sū. Et in carne mea videbo deum saluatorem meum. ℣. Quez visurus sum ego ipse et non alius et oculi mei conspecturi sūt Et in carne mea videbo deum saluatorem meum. Lectio. ii.

Edet animam meam vite mee dimittam aduersum me eloquium meum. Loquar in amaritudine aīe mee dicā deo: noli me condēnare Indica michi cur me ita iudices? Nunquid bonū tibi videtur si calumnieris ⁊ opprimas me opus manuū tuarū ⁊ cōsiliū impiorū adiuues? Nūquid oculi carnei tibi sūt aut sicut videt homo et tu videbis. Nūquid sicut dies hominis dies tui ⁊ anni tui sicut humana sunt tempora. Vt queras iniquitatē meam et peccatū meum scruteris. Et scias q̄ nichil impiū fecerim cū sit nemo q̄ de manu tua possit eruere. ℟. Qui lazarū resuscitasti a monumento fetidū. Tu eis domine dona requiē et locum indulgētie. ℣. Qui venturus es iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignem. Tu eis domine dona requiē ⁊ locū idulgētie. Le. iii.

Manus tue domine fecerunt me et plasmauerunt me totum in circuitu et sic repẽte precipitas me. Memẽto q̃so q̃ sicut lutum feceris me: et in pulueré reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me: et sicut caseũ me coagulasti. Pelle et carnibus vestisti me ossibus ⁊ neruis compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti michi et visitatio tua custodiuit spiritum meum. ℟. Domine quando veneris iudicare terram vbi me abscondã a vultu ire tue. Quia peccaui nimis i vita mea. ℣. Commissa mea pauesco et ãte te erubesco dũ veneris iudicare nosi me condemnare. Quia peccaui nimis in vita mea. In.ii.nocturno.ãn. In.loco. ps

Dominus regit me et nichil michi deerit i loco pascue ibi me collocauit Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit. Deduxit me super semitas iusticie propter nomez suũ Nam et si ambulauero i medio vmbre mortis: nõ timebo mala quoniam tu mecum es. Virga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt Parasti in conspectu meo mẽsam: aduersus eos qui tribulãt

me. Impigasti i oleo caput meū: et calix
me⁹ iebriās q̄ preclarus est. St miseri-
cordia tua subsequetur me: omnibus die
bus vite mee. St vt inhabitem in do-
mo domini: in longitudinem dierum. Se-
quiem eternam dona eis domine et lux
perpetua luceat eis. ān. In loco pascue
ibi me collocauit. ān. Delicta. Psalmus
Ad te domine leuaui animam me
am: deus meus in te confido non
erubescam. Neqz irrideant me inimici
mei: et enim vniuersi qui sustinent te non
confundentur. Confundantur omnes
iniqua agentes: superuacue. Tias tu
as domine demostra michi: et semitas tu
as edoce me. Dirige me in veritate tua
et doce me: quia tu es deus saluator me-
us et te sustinui tota die. Seminiscere
miserationum tuarum domine: et mise-
ricordiarum tuarum que a seculo sunt.
Delicta iuuentutis mee: et ignoranti-
as meas ne memineris. Secundum mi
sericordiam tuam memento mei tu: pro-
pter bonitatem tuam dn̄e Dulcis ⁊ rect⁹
dn̄s ꝓpter hoc legē dabit delinquentib⁹ i
via Diriget mā suetos in iudicio: docebit

mites Vias suas. Vniuerse Vie dñi mia et Veritas requirentib⁹ testamentū ei⁹: et testimonia ei⁹. Propter nomen tuū dñe propiciaberis peccato meo: multum est enim quis ē homo qui timet dominū legem statuit ei in Via quam elegit Anima ei⁹ in bonis demorabitur: et semē ei⁹ hereditabit terrā. Firmamentum ē dñe timentibus eum: et testamentum ipsius Vt manifestetur illis. Oculi mei semper dñz qm̄ ipe euellet de laqueo pedes meos Respice in me et miserere mei: qz Vnic⁹ et paup sū ego. Tribulatōes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis erue me. Vide humilitatem meā et laborē meum: et dimitte Vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos qm̄ multiplicati sūt et odio iniquo oderūt me. Custodi aiam meā et erue me nō erubescā qm̄ speraui te. Innocentes et recti adheserunt mihi: qz sustinui te. Libera deus israel: ex oīb⁹ tribulationib⁹ suis. Requiē eternam dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis. ā. Delicta iuuetutis mee et ignorantias meas ne memineris domine. ā. Credo Videre. Psalmus.

Dominus illuminatio mea ⁊ salus
mea: quē timebo. Dñs protector
vite mee: a quo trepidabo. Dum appro
piant super me nocentes: Vt edant car
nes meas. Qui tribulāt me inimici mei:
ipsi infirmati sunt et ceciderunt. Si con
sistant aduersū me castra nō timebit cor
meū. Si exurgat aduersū me prelium:
in hoc ego sperabo. Vnā petii a dño hāc
requiram Vt inhabitem in domo domini:
oibus diebus vite mee. Et videam vo
luntatem domini: et visitem templū eius.
Quoniam abscondit me in tabernacu
lo suo: in die malorū protexit me in abscō
dito tabernaculi sui. In petra exalta
uit me ⁊ nunc exaltauit caput meum: su
per inimicos meos. Circuiui et immo
lauī in tabernaculo eius hostiam vo
ciferationis: cantabo ⁊ psalmū dicā do
mino Exaudi domine vocem meā qua
clamauī ad te: miserere mei ⁊ exaudi me
Tibi dixi cor meum exquisiuit te facies
mea: faciē tuā dñe requiram Ne auertas
faciē tuā a me: ne declines in ira a seruo
tuo Adiutor meus esto dñe ne derelinquas
me: neqz despicias me deus salutaris

meus. Cm̄ pater meus et mater mea de
reliquerunt me: dominus aūt assumpsit
me. Legem pone michi domīe in via tua
et dirige me in semita recta ꝓpter inimi-
cos meos. Ne tradideris me in aīas tribu
lantium me qm̄ insurrexerunt in me te-
stes iniqui: et mentita est iniquitas sibi.
Credo videre bona domini: in terra vi
uentium. Expecta dominū viriliter age
et confortetur cor tuum et sustine domi-
num. Requiem eternam dona eis domi
ne ⁊ lux perpetua luceat eis. ān. Credo
videre bona domini in terra viuentium
℣. Collocet eos dominus cum principibus
℟. Cum principibus populi sui. Lec. iiii.
Responde michi. Quantas habeo
iniquitates et peccata scelera mea
atqꝫ delicta ostende michi. Cur faciē tu-
am absconbis et arbitraris me inimicuꝫ
tuum. Contra foliū quod vento rapitur
ostendis potentiam tuam et stipulam sic
cam persequeris. Scribis enim cōtra me
amaritudines et consumere me vis pec-
catis adolescentie mee. Posuisti in neruo
pedē meū ⁊ obseruasti oēs semitas meas
et vestigia pedum meorū ꝯsiderasti. Qui

quasi putredo consumendus sum ⁊ quasi
Vestimentum qđ comeditur a tinea. ℟.
Memento mei deus qr Ventus est Vita
mea. Nec aspiciat me Visus hominis. ℣.
De profundis clamaui ad te domine dñe
exaudi Vocem meam. Nec aspici. Lec. ℣

Omo natus de muliere brcui Vi/
uens tempore:repletur multis mi/
seriis. Qui quasi flos egreditur et conteri
tur et fugit Velut Vmbra:et nunq̄ in eo
dem statu permanet. Et dignū ducis su p
huiuscemodi aperire oculos tuos:et addu
cere eū tecū in iudicium⁊: Quis potest fa/
cere mūdum de immundo cōceptū semine
Nonne tu qui solus es Breuesdies homi
nis sunt numerus mensium eius apud te
est. Constituisti terminos eius qui preteri
ri non poterunt. Recede ergo paululum
ab eo Vt quiescat donec optata Veniat:⁊
sicut mercennarii dies eius. ℟. Heu mihi
domine qr peccaui nimis in Vita mea qđ
faciam miser Vbi fugiam nisi ad te deus
meus miserere mei Dum Veneris in no/
uissimo die. ℣. Anima mea turbata est
Valde sed tu domine succurre ei. Dū Ve/
neris in nouissimo die. Lectio. VI.

Dis michi hoc tribuat Vt in iferno protegas me: et abscõdas me donec pertranseat furor tuus et constituas michi tempus i quo recorderis mei: Putas ne mortuus homo rursum viuat: Cunctis diebus quibus nunc milito exspecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me: et ego respondebo tibi. Operi manuum tuatũ porriges dexterã Tu quidẽ gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. Rm. Ne recorderis peccata mea domine: Dum veneris iudicare seculum per ignem. ỽ. Dirige domine deꝰ meꝰ in conspectu tuo viam meam. Dum veneris. ãn. Complaceat. Psalmus

Expectans expectaui dominum et intẽdit michi. Et exaudiuit preces meas et eduxit me de lacu miserie: ⁊ de luto fecis. Et statuit supra petrã pedes meos: et direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum nouũ: carmen deo nostro. Videbunt multi et timebunt et sperabunt in domino. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius et non respexit i vanitates: et insanias falsas Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia

ua ꝛ cogitationibus tuis: non ē q̄ similis
sit tibi. Annunciaui iusticiā et locutꝰ sū:
multiplicati sunt super numerum. Sa
crificium et oblationē noluisti: aures aũt
perfecisti michi. Holocaustū et pro pecca
to nō postulasti: tūc dixi ecce Venio. In
capite libri scriptum est de me Vt facerē
voluntatem tuam deus meus Volui: ꝛ le
gem tuam in medio cordis mei. Annun
ciaui iusticiam tuaz in ecclesia magna: ec
ce labia mea nō prohibebo domine tu sci
sti Iusticiam tuam non abscondi in cor
de meo Veritatem tuaz et salutare tuum
dixi Non abscondi misericordiam tuam
et Veritatē tuam a consilio multo. Tu
autem domine ne longe facias miserati
ones tuas a me misericordia tua et Veri
tas tua semper susceperunt me. Quoniã
circundederunt me mala quoꝝ nō est nu
merus comprehenderunt me iniquitates
mee: ꝛ non potui Vt viderem Multiplica
te sũt super capillos capitis mei: et cor me
um dereliquit me. Complaceat tibi dñe
Vt eruas me: domine ad adiuuandū me
respice. Confundantur et reuereantur
simul qui querunt aiam meam: Vt aufe

rant eam. Conuertantur retrorsũ ⁊ reue
reantur: qui volunt michi mala. Erãt
cõfestim cõfusionẽ suã: qui dicunt michi
euge euge. Exultent ⁊ letentur sup te oẽs
q̃rẽtes te: ⁊ dicant semper magnificetur
dñs q̃ diligunt salutare tuũ. Ego autẽ
mendicꝰ ⁊ paup sũ dñs sollicitus es mei
Adiutor meus ⁊ protector meus: tu es
deus meus ne tardaueris. Requiẽ eter
nã. ãn. Complaceat tibi dñe vt eruas me
dñe ad adiuuãdũ me respice. ã. Sana. ps
Beatus qui intelligit super egenuz
et pauperem: in die mala liberabit
eum dominus. Dñs conseruet eum ⁊ vi
uificet eũ et beatum faciat eũ et non tra/
dat eum in animam inimicorum eiꝰ. Do
minus opem ferat illi super lectum dolo
ris eiꝰ: vniuersum stratũ eiꝰ versasti in i
firmitate eiꝰ. Ego dixi dñe miserere mei
sana animam meam quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerũt mala michi: quan
do morietur et peribit nomẽ eius. Et si i
grediebatur vt videret vana loq̃batur
cor eiꝰ congregabit iniquitatẽ sibi. Egre
diebatur foras: et loquebatur in idipsum
Aduersum me susurrabant omnes ini/

mici mei: aduersū me cogitabant mala
michi. Verbū iniquū cōstituerūt aduer
sū me: nūquid q̄ dormit non adiciet Vt re
surgat. Etenī homo pacis mee i quo spe
raui qui edebat panes meos magnifica
uit super me supplantationē Tu autem
dñe miserere mei: ⁊ resuscita me ⁊ retri
buam eis. In hoc cognoui q̄m Voluisti
me: q̄m non gaudebit inimicus meus sup
me Me autem propter innocentiam meā
suscepisti ⁊ confirmasti me in conspectu
tuo in eternum. Requiē eternam dona.
ān. Sana domine animam meam quia
peccaui tibi. ān. Sitiuit. Ps.

Deadmodū desiderat seruus ad
fontes aquarū: ita desiderat ani
mā mea ad te deus. Sitiuit aīa mea ad
deū fontē Viuū quando Veniā ⁊ appare
bo āte faciē dei. Fuerūt michi lachrime
mee panes die ac nocte dū dicīt mihi quo
tidie Vbi ē deus tuus. Hec recordat⁹ sum
⁊ effudi in me aīam meam: q̄m transibo
in locum tabernaculi admirabilis Vsq;
ad domū dei. In Voce exultationis et
cōfessiōis: sonus epulāt⁹. Quare tristis
es aīa mea: ⁊ quare turbas me. Spe



ra in deo qm̄ adhuc confitebor illi: saluta
re vultus mei et deus meus. Ad meip
sum aīa mea conturbata est propterea
memor ero tui de terra iordanis ⁊ hermo
nii: a monte modico. Abyssus abissū inuo
cat: in voce catharactarū tuarum. Om
nia excelsa tua et fluctus tui: sup me trā
sierunt. In die mandauit dn̄s mīam su
am: ⁊ nocte canticū ei⁹ Apud me oratio
deo vite mee dicam deo susceptor meus
es. Quare oblitus es mei et quare ꝯtri-
status incedo: dū affligit me inimicus.
Dū confringuntur ossa mea exprobra-
uerunt mihi: qui tribulāt me inimici mei
Dum dicunt mihi per singulos dies vbi
est deus tuus. Quare tristis es aīa mea
⁊ quare ꝯturbas me. Spera in deo quo
niam adhuc confitebor illi: salutare vul
tus mei ⁊ deus meus. Sequiem eternā
dona. ā. Sitiuit aīa mea ad deum fontē
viuum qn̄ veniā et apparebo ante faciē
dn̄i. ℣. Ne tradas bestiis animas confitē
tes tibi. ℟. Et animas pauperū tuorum
ne obliuiscaris i finē. Pr̄ nr̄. Lec. vii.
Spiritus meus attenuabit̄ dies mei
breuiabūtur: et solum michi supest

sepulchrum. Non peccaui & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me domine & pone me iuxta te et cuiuslibet manus pugnet contra me. Dies mei transierunt cogitationes mee dissipate sunt torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem et rursū post tenebras spero lucem. Si sustinuero infernus domus mea est: & in tenebris straui lectulum meum. Putredini dixi. Pater meus es mater mea & soror mea Vermibus. Vbi est ergo nunc prestolatio mea et patientia mea tu es domine deus meus. ℟. Peccātem me quotidie & non me penitentem timor mortis conturbat me. Quia in inferno nulla est redemptio miserere mei de⁹ & salua me. ℣. Deus in nomine tuo saluum me fac & in virtute tua libera me. Quia in inferno.

Lectio. Viii.

Elli mee cōsumptis carnibus adhesit os meum & derelicta sunt tantū modo labia circa dētes meos. Miseremini mei miseremini mei: saltem vos amici mei quia man⁹ domini tetigit me. Quare persequimini me sicut deus: & carnib⁹ meis saturamini? Quis michi tribuat vi

scribãtur sermones me⁊ Quis michi det
vt exarentur in libro stillo ferreo: aut
plumbi lamina vel celte sculpantur ĩ si/
lice⁊ Scio enim ꝙ redemptor meus viuit
⁊ in nouissimo die de terra surrectur⁹ suꝫ
⁊ rursum circundabor pelle mea ⁊ in car/
ne mea videbo deum saluatorẽ meum.
Quem visurus sum ego ipse ⁊ oculi mei
conspecturi sunt ⁊ non alius. Reposita ẽ
hec spes mea in sinu meo. ℟. Domine se
cundum actum meuꝫ noli me iudicare ni
chil dignum in conspectu tuo egi ideo de
precor maiestatẽ tuam Vt tu deus dele/
as iniquitatẽ meam. ꝟsus. Amplius laua
me domine ab iniusticia mea ⁊ a delicto
meo munda me. Vt tu deus deleas iniq̃/
tatem meam. Lectio.ix.

Quare de vulua eduxisti me qui
vtinam conceptus essem ne ocu/
lus me videret. Fuissem quasi non essez
de vtero transiatus ad tumulum. Nun
quid nõ paucitas dierum meorum finie/
tur breui⁊ Dimitte ergo me domine vt
plãgã paululũ dolorẽ meũ anteq̃ vadaꝫ
⁊ nõ reuertar ad terrã tenebrosã ⁊ optaꝫ
mortis caligine Terrã miserie ⁊ tenebra

rũ vbi vmbra mortis et uullius ordo sz
sempiternus horror inhabitans. ℟. Libe
ra me domine de viis inferni Qui portas
ereas confregisti et visitasti infernum ⁊
dedisti eis lumẽ vt viderent te: Qui erãt
in penis tenebrarum. ℣. Clamantes et di-
centes aduenisti redemptor noster. Qui
portas ereas confregisti et visitasti infer
num et dedisti eis lumen vt viderent te.
Requiem eternã dona eis domine: ⁊ lux
perpetua luceat eis. Qui erant in penis
tenebrarũ. ℟. Libera me domine de mor
te eterna in die illa tremenda. Quando
celi mouendi sunt et terra. Dum vene-
ris iudicare seculum per ignẽ. ℣. Tremẽs
factus sum ego et timeo dum discutio ve
nerit atqz ventura ira. Quando celi mo
mouendi sunt et terra. ℣s⁹. Dies illa dies
ire calamitatis et miserie dies magna et
amara valde. Dum veneris iudicare se
culum per ignem. ℣s⁹. Requiem eternam
dona eis domine et lux perpetua luceat
eis ℟m. Libera me domine de morte eter
na in die illa tremenda. Quando celi mo
uendi sunt et terra. Dum veneris iudi.
In laud. ã. Exultabunt domino. ꝑe



Miserere mei deꝰ secūdum magna-
miām tuā Et secundum multitu
dinem miserationū tuarū: dele iniquitatē
meam. Amplius laua me ab iniquitate
mea: et a peccato meo munda me. Quoniam
iniquitatem meam ego cognosco: et pctm̄
meū contra me est semper. Tibi soli pec-
caui et malū coram te feci: Vt iusti sciceris
in sermonibus tuis: ⁊ vincas cū iudicaris
Ecce enī in iniquitatibꝰ conceptus sū: ⁊ in
peccatis concepit me mater mea. Ecce
enī veritatem dilexisti: incerta et occulta
sapientie tue manifestasti michi. Asper
ges me domine ysopo et mundabor: laua
bis me et super niuē dealbabor. Auditui
meo dabis gaudium ⁊ leticiam: et exulta
bunt ossa humiliata. Auerte faciem tuā
a peccatis meis: et oēs iniquitates meas
dele. Cor mūdum crea in me deus: ⁊ spi
ritum rectum innoua in viseribus meis.
Ne proiicias me a facie tua: ⁊ spm̄ sctm̄
tuum ne offeras a me. Redde michi letici
am salutaris tui: et spiritu principali con-
firma me. Docebo iniquos vias tuas: et
impii ad te conuertentur. Libera me de
sanguinibus deus deus salutis mee: ⁊ ex

ultabit lingua mea iusticiam tuã. ℣ñe labia mea aperies et os meum annuncia bit laudem tuã. ℣ñ si voluisses sacrifi cium dedissẽ: vtiqz olocaustis non dele/ctaberis. ℣ acrificium deo spũs contri/bulatus cor contritũ et humiliatum deus nõ despicies ℣enigne fac dñe i bõa volũ tate tua syõ: vt edificẽt muri hierz ℣tũc acceptabis sacrificiũ iusticie oblatiões et olocausta tunc imponẽt sup altare tuũ vitulos. ℣ equiem etenam dona eis do/mine: ꝛ lux perpetua luceat eis. ãn. Ex ultabunt domino ossa humiliata. ãn. Epaudi. ℣ Psalmus.

℣E decet hymnus deus in syon: ꝛ ti/bi reddetur votum in hierusalem. ℣ audi deus orationẽ meã: ad te oĩs caro veniet. ℣erba iniquorum preualue runt super nos: et impietatibus nostris tu propiciaberis. ℣ eatus quẽ elegisti a assũpsisti: inhabitabit in atriis tuis. ℣ e plebimur in bonis domus tue: sanctũ est templum tuum mirabile in equitatẽ ℣ audi nos deus salutaris noster: spes oĩm finiũ terre et in mari longe. ℣ reparans montes in virtute tua accinꝯ potẽtia q

cōturbas profūdū maris sonū fluctuum
eius. Turbabunt gentes et timebunt q̄
habitant terminos a signis tuis: exitus
matutini ⁊ vespere delectabis. Visita-
sti terram et inebriasti eam: multipl ca-
sti locupletare eā. Flumen dei repletū
est aquis parasti cibum illoꝝ: qm̄ ita ē p̄
paratio ei⁹. Riuos ei⁹ inebrians multi-
plica genimina eius: in stillicidiis eius le-
tabitur germinans. Bn̄dices corone an
ni benignitatis tue: et campi tui replebū
tur vbertate. Pinguescent speciosa de
serti: et exultatione colles accingētur.
Induti sunt arietes ouiū ⁊ valles abū
dabunt frumento: clamabunt ⁊ eni hym
nū dicēt. Requiē. ā. Exaudi deus orōnē
meā ad te oīs caro veniet. ān. Me su. p̄s.
Deus de⁹ meus: ad te de luce vigilo.
Sitiuit i te aīa mea: q̄ multiplicit
tibi caro mea. In terra deserta īuia ⁊ i-
aquosa sic i sctō apparui tibi: vt viderē
virtutē tuā ⁊ gloriam tuā. Qm̄ melior
est mīa tua sup vitas: labia mea lauda
bunt te. Sic bn̄dicā te in vita mea ⁊ in
noīe tuo leuabo man⁹ meas. Sicut adi-
pe ⁊ pīguedine repleat aīa mea: et labiis

epultationis laudabit os meum. Si me
mor fui tui sup stratū meū in matutinis
meditabor ī te: qr fuisti adiutor me⁹. Et
in velamēto alar tuar exultabo adhe/
sit aīa mea post te: me suscepit dextera
tua. Ipi vo i vanū q̄sierūt aīam meā: in/
troibunt ī iferiora terre tradēt ī man⁹ gla
dii partes vulpiū erūt. Rex vo letabit
in deo laudabuntur omnes qui iurant in
eo qr obstructū ē os loqētium iniqua.

Deus misereatur nostri et benedi/
cat nobis illuminet vultum suū su/
per nos et misereatur nostri Ut cogno
scamus in terra viam tuam: in omnib⁹
gentibus salutare tuum Confiteantur
tibi populi deus: confiteantur tibi populi
omnes Letentur ⁊ exultent gentes quo
niam iudicas populos in equitate: et gen
tes in terra dirigis. Confiteantur tibi
populi deus confiteantur tibi populi om
